Perfecta donatio per reſcriptū prin/cipis non pōt reuocari. Sali.

Imp. Seue. ⁊ ant. aa. Jul. L. ix.

Cum te ſponſe filij tui q̄dā donaſſe ꝯfitearis: pfectā dōatio nē reſcidi nec nr̄o oꝫ reſcripto quā tua volūtaſ vtriuſq̄ʒ auctas fec̄ ratā

Ablatū de facto non inducit pmiſſio nem auferendi de facto: ſed ciuili remedio opus eſt. Bal. Uel ſic. Donatio ſimplex facta ſponſe nō reuocatur licʒ matrimōiū non ſequatur. h. d. Saly.

Imp. dio. ⁊ max. aa. ⁊ cc. diony.

Si filie tue ſpōſus ei Lex. x. mancipiuʒ donauerit[b]: ac tu in eū inmēta liberalitatis rōne ꝯtu liſti: nec nuptijs ſecutis[c] cōtraria iuris rationē qd dederat abſtulit: non in nicēʒ datorum reſtitutio: ſed ei⁹ qd illicite rapuit repetitio[d] competit.

Mors accidentalis gladij ſimplicem donationem non reſcindit. Bald. vel ſic. Mors ſponſe non facit donationē ſpon ſalitiam reuocari. h. d. Saly.

Jidē. aa. ⁊ cc. Nee. Lex. xj.

Si tibi[e] res ꝓprias[f] liberalita tis cauſa ſponſus tuus tradi dit: eo ꝙ ab hoſtib⁹ poſtea interfe ctus eſt irrita donatio[g] fieri nō pōt.

Quod ſimpliciter donat ſimpliciter valet. h. d. Bal. vel ſic. Donatio facta a ſo cru ſi pfecta eſt non reuocatur. h. d. Saly.

Jidem. aa. ⁊ cc. Thimo. ⁊ Cleo.

Si mr̄[h] vr̄a filie ſue ſpō L. xij ſo vl' marito[i] p̄dia ſine vlla re petēdi lege dōauit: ⁊ eū i vacuā idu xit poſſeſſiōem nuptijs diuortio ſo lutis pfecta non diſſoluit donatio.

Spōſus rē donatā ſpōſe ſeqntibus cre ditoribus obligare nō pōt. h. d. bal. vel ſic. Creditor agens cōtra donatariū hypothe caria debet ꝓbare ſuā hypothecā tēpore p̄ ceſſiſſe. ſi ergo non apparet vtrū res fuerit pri⁹ donata titio ꝙ obligata ſeio: ſeius agēs hypothecaria ſuccūbit: quia nō probat reʒ fuiſſe in bonis debitoris tpe obligationis h. d. Bal. vel ſic. Creditor agens hypothe caria dʒ ꝓbare rem fuiſſe in bonis debito ris tēpore obligationis. h. d. Saly.

Jdem. aa. ⁊ cc. Alexā. Lex. xiij.

De reb⁹ i ſpōſaʒ dōatōis gr̄a collatis: creditores mariti facti: ſi nō pri⁹ obligatas eas ſibi ꝓ bent eaʒ ꝯuenire minime poſſunt[k].

Mater cōſentiens donatiōi rei ſue ve nire contra nō pōt: etiam precium rei offe rendo. h. d. bal. Uel ſic. Filius pōt dona re res matris ea cōſentiente. ⁊ donatio ſpō ſalitia habet retro in dotēʒ dari nec mater volens p̄ciū dare auditur. Sali.

Jidem. aa. Aurelie. Lex. xiiij.

Si cōſentiente mr̄e ſua[l] ſpon ſus filie tue mācipia donauit ⁊ his acceptis i dotē nō extimatis[m] in mr̄imonio poſt d̄ceſſit: mater ea demq̄ʒ heres eius p̄ciū offerēs: re ſtitutionē eoꝝ improbe[n] recuſat[o].

Donatio inter ſpōſos p̄ſumit eſſe lar gitas ſponſalioꝝ: ⁊ matrimonio nō ſecuto donatū reddit donatori: niſi p ipſū dona torem ſteterit ꝙ matrimoniū nō ſequat. h. d. bal. vel ſic. Simplex donatio ſpōſalitia intelligit hodie ob cāʒ futuri matrimonij facta. ⁊ is p quē ſteterit ne matrimoniū fiat ñ repetit qd dedit ⁊ ēt ſibi datū reſtituit. ſa.

Impa. Cōſtan. a. ad Mari. pre fec. vrbis. Lex. xv.

Cum veterū[p] ſn̄ia diſpliceat: q̄ donatiōes[q] in ſpōſaʒ nuptijs quoq̄ʒ nō ſecutis decreuit valere: ea que largiēdi aīo int' ſpōſos ⁊ ſpō ſas iure celebrant redigi ad hmōi cōditiōes iubem⁹ vt ſiue affinitatis coeūde cā date ſint ſiue[s] nō ita: vl' in volūtate pr̄is degētes: vel vllo mō ꝓprij iuris ꝯſtituti tanq̄ʒ futuri cā mr̄imonij aliqd ſibiipſis[t] vl' ꝯſenſu parētuʒ mutuo largiant. Si quidē ſponſus vel parēs eius ſortiri filiuʒ noluerit[u] vxorē: id qd ab eo dona tuʒ fuerit nec repetatur traditum.

Et ſi qd ꝓmiſſuʒ apud donato rem reſederit[x]: ad ſpōſaʒ ⁊ heredes ei⁹ ſummotis ābagibus trāſferat[y].

Qd ſi ſpōſa vel is in cuius agit ptāte cāʒ nō ꝯhendi mr̄imonij pre buerit: tūc ſpōſo eiuſq̄ʒ heredib⁹ ſi ne aliq̄ diminutiōe p ꝯditionēʒ[z] aut p vtilē actionē in rē[a] redhibeantur. Que ſil'r obſeruari opʒ ⁊ ſi ex parte ſpōſe in ſponſum donatio facta ſit.

Dictū eſt. s̄. in. l. p̄cedenti qñ per peni tētiā mr̄imoniū nō ꝯhit: ſeqbat videre qd iuris qñ p caſuʒ: ⁊ nūc determinat hec lex ꝙ qñ ſpōſus donauit ſpōſe ⁊ nō interuenit oſculū repetit oīe datū: ſʒ ſi interuenerit oſculum repetitur dimidia pars aliā lucra tur ſponſa ratione oſculi. h. d. Bal.

Jdem. a. ad Tib. vicariū hiſpa.

Si a ſponſo reb⁹ ſpōſe L. xvi. donatis interueniēte oſculo[b] ante nuptias vel hūc vel illaʒ mori ꝯtigerit: dimidiā ptē reꝝ donataꝝ ad ſupſtitē ptinere p̄cipimus: dimi diā ptē ad defuncti vel defuncte he redes cuiuſlibet gradus ſint ⁊ quo cūq̄ʒ iure[c] ſucceſſerit vt donatio ſta re p pte media ⁊ reſolui p pte dimi dia videat.

Oſculo vo nō inter ueniēte[d] ſiue ſpōſus ſiue ſponſa obie rit: totā īfirmari donatōēʒ: ⁊ dona tori ſpōſo vel heredib⁹ ei⁹ reſtitui.

Qd ſi ſpōſa iteruenīete vl' nō in teruenīete oſculo donationis titulo (qd raro[e] accidit) fuerit aliqd ſpōſo largita: ⁊ añ nuptias hūc vl' illā mo ri ꝯtigerit: oī donatiōe īfirmata ad donatricē ſpōſaʒ ſiue ei⁹ ſucceſſores donatarū rerū dñium transferat.

Minor in poteſtate patris conſtituta maxime ſi patris auxilio eſt deſtituta: puta quia pater abeſt: non tenet inſinuare do nationem ante nuptias. Bal. vel ſic. Do natio āte nuptias facta mulieri minori eta

si quidē ⁊. ff. de dona. l. j. ⁊ s̄. de rei ven. quotiens. Jtē intellige hanc legē ſm determinatiōēʒ legis. j. eo. l. cū veteruʒ. Uel loqtur h qñ fuit dictum vt nullo caſu repeteretur.

a Cum te. oportet. vt. j. de reuo. do. l. ſi apud. ⁊. l. ſi dona. et. s̄. de tranſactio. l. q̄uis. ⁊. s̄. de condi. ob cau. ſi repetendi.

Donatio an valeat duo ſūt in ſpiēda.

b Si filie. donaue rit. ſimplicit nō contēplatione mr̄imo nij. vt non obſtet. j. eo. cū veterū. ⁊ dic in dōa tiōe duo inſpici ſm Jr. ius ⁊ volūtatē. Ul' ſi fu it hec dōatio cōtempla tiōe matrimonij dices corrigi per legem illaʒ cum veterum.

c Nec nuptijs ſecutʒ i. nō ſecutʒ vt ſic. nec ne gatio neget qd icludit i dictōe ſecutʒ. nō i v̄bo abſtulit. ſicq̄ʒ ponit nec pro et non.

d Repetitio. p actio nē vi bonoꝝ raptoꝝ. l. ſi qs in tātaʒ. j. vñ vi. ⁊ ſm p̄mū caſum ꝙ ſim plex dōatio nō reuocat lʒ mr̄imoniuʒ nō ſequa tur. ff. de donatio. l. j.

e Si tibi. in p̄cedē ti lege ſimpl'r fu it facta donatio nō ſub ꝯditiōe futuraꝝ nuptia rū. ſimil'r ⁊ in hac ⁊ i ſe quēti. l. Uel dic ſub cō ditiōe illa mr̄imonij: ſʒ ſecuto mr̄imonio. fuit i pleta. j. l. pr. ſi mater.

f Proprias. ſui ſpōſi.

g Donatio. h imutat j. e. cum veterū. ⁊. l. ſi a ſpōſo. Uel dic vno de p̄dictis modis duobus intelligi hanc legem.

h Si mater expone hāc legē vt dixi s̄. l. pr. ⁊ fac. s̄. de ꝯdi. ob cāʒ da. ſi repetēdi. ⁊ ff. de vſur. cū qdā. §. di uus. ⁊. ff. de cōdi. cau. da. l. j.

i Marito. nā ſocr⁹ donat genero: ſʒ nō ſo cer. vt. ff. d̄ dona. inter vi. ⁊ vxo. l. iij. §. ſocrui. ⁊. l. cū hic ſtat⁹. §. oīo. ⁊ j. de dona. inter virum ⁊ vxorem. ſi te.

k De reb⁹. mini me poſſunt. qr hr̄des nō ſucceſſores p ſonali in rē actiōe ꝯue niunt. vt. s̄. de here. vl' ac. vē. l. ſi. ⁊. j. de dona. l. eris. ⁊. j. d̄ iure dotiū. lʒ etiā. hoc verū: niſi āte eēt eis obligata: vt h. et j. de do. iter vi. ⁊ vxo. ſi qdē. ⁊ i alio. ſ. qñ i frau dē eoꝝ eēt facta. vt. s̄. de his q̄ in frau. cre. l. ij. ⁊ ff. de his que in frau. cre. l. ſi. §. j.

l Si ꝯſentiente ma tre ſua. cui⁹ erāt mancipia. ⁊ ideo ei⁹ exi gitur conſenſus.

m Nō extimatis. al's extimatio repetet. vt. j. de iure do. quotiens. et l. cum dotem.

n Jmprobe. reſtituet ḡ mācipia mr̄ ſpōſe mr̄i ſponſi nō eoꝝ p̄ciuʒ.

o Recuſat. repetit ergo ſponſa. vt hic. ⁊. ff. de pub. l. cū ſponſus. in prin. Jteʒ ad id quod dicit conſentiēte facit. ff. de euic. quidā.

p Cum veterū ſentētia. q̄ dep̄hendit. s̄. e. ſi filie. ⁊. l. ſi tibi. ideoq̄ʒ ille ad hāc trahēde ſunt nam p has duas leges conſtantini debemus itelligē oēs alias leges iſti⁹ titu. q̄ idiſtincte dī cūt valere ⁊ nō reuoca ri dōatiōes iter ſpōſos. Alij dixerunt ꝙ alie le ges hui⁹ titu. loquūtur qñ cā liberalitatis tm̄ ⁊ non mr̄imonij facta eſt donatio. p̄ma placʒ ſm Jr. Jtē no. ꝙ hec lex lo quit qñ ſtat p alteruʒ. ſi v̄o p neutrū tunc loqt s̄. e. ſi tibi res. Jtē ⁊ lo quit hic vbi non eſt ex mera liberalitate dona tio ſed ꝯtēplatiōe matri monij qd ſemp p̄ſumit niſi in ꝯ̄riū ſit actū.

q Donationes. ſcili cet factas.

r Affinitatis. i. mr̄i monij: qd nō eſt affini tas ſed cā affinitatis. vt ff. de grad. cogna. cum non facile. §. affines.

s Siue nō ita. i. dice re ſiue nomiatiʒ exp̄ſſit cauſa matrimonij ſe da re ſiue non.

t Sibiipſis. cū ſui iu ris ſunt.

v Noluerit. ſine cā.

x Reſederit. de his q̄ ſe daturū obligauit.

y Transferat. condi tione ex hac lege.

z Per ꝯditionem. ex hac lege vtilem.

a Jn rem. q̄ oritur ex tacito pacto. tacite eniʒ vident paciſci de red dēdo ſi mr̄imoniū non ſequat per factū accipi entis. ſic ⁊. ff. de iu. do. l. ſtipulationē. ſicut pro expreſſo naſceret: vt. j. de do. q̄ ſub mo. l. j. ⁊. ij.

b Si a ſponſo. oſcu lo. qd mulier dʒ dare nō accipere: ⁊ gra tia viri nō mulieris in teruenit. Oſculuʒ gr̄a cuiuſ iteruenit.

c Jure. ciuili vel pre torio.

d Non interueniēte. vel interueniente qui dem: ſed fuit illicitum matrimonio non ſecu to iuris prohibitione.

e Raro accidit. quia auara eſt. auariſſimum enim genus mulieruʒ. vt. ff. ad velleia. ſed ſi ego. in fine. ⁊. ff. de do natio. inter virū ⁊ vxo rem. ſi ſtipulata. §. j. et quia ſagacior. vt. s̄. de his qui ve. eta. impe. l. ij. §. feminas. Auariſſi mū gen⁹ mulierū.

te non indiget inſinuatione.h.d. Sal.yce.
Impa. Theo. ꝛ Valen. aa. Hie-
ro. prefec. p̄reto. Lex. xvij.

Minorib⁹ etate feminis etiā acto
rum teſtificatione in ante nu
ptias donatōe^a ad eas facta omiſſa
ſi patris auxilio deſtitute ſint iuſte
conſulitur vt firma donatio ſit.

Licet pater tranſeat ad ſcđa vota vel
etiā mater: non tenet tm̄ reſeruare filijs
p̄mi mr̄imonij donationē ꝑpter nuptias
quā recuperauerit pater: non dotē quā re-
cuperauit mater ſoluto p̄mo matrimonio
vel ſic ꝛ breuius. Q̄ð ad alterū ex coniugi
bus reuertit de eo q̄ð dedit nō tenet filijs
primi mr̄imonij reſeruare. h.d. Bal.

Imperator Zeno. a. Seba. pre-
fecto p̄reto. Lex. xviij.

Si liberis ex priore matrimo
nio procreatis pater ad ſecū
das migrauerit nuptias: vel non
migrauerit: nihil oīno filijs prioris
ꝯiugij ex donatōe^b añ nuptias (quā
ipſe vł ali⁹ ꝑ ipſo vxori quondā ei⁹
mr̄i cōiux liberoꝝ donauerat) ſua
re cogit q̄ñ ꝛ mr̄ liberis ex p̄ore ma
trimonio extātib⁹ poſt ſcđas nupti
as: multoq̄ꝫ ampli⁹ ſi nō fuerit alte
ri marito ſociata: nihil^c ijſdem filijs
ex dote quam patri eorum ipſa vel
alius pro ea obtulerit ſeruare com
pellitur.

Cōſtante mr̄imonio dos ꝛ donatio ꝑ
pter nuptias poſſunt de nouo augeri ꝛ de
nouo cōſtitui: ꝛ pacta de nouo apponi: vł
vetera ꝓrogari ꝛ hypothece ex die augmē
ti cōtrahi: ꝛ ecōtrario poſſunt dos ꝛ dona
tio minui: niſi iſta diminutio fieret in frau
dē filiorū primi matrimonij. h.d. bal. ꝛ ſa.

Imperator Juſtini. arche. pre-
fecto p̄reto. Lex. xix.

Si ꝯſtāte mr̄imonio ꝯſiliū au
gende dotis interit: vel vxor
forte vel ei⁹ noīe quilibet ali⁹ nihilo
minus marito q̄ꝫ liceat ſeu ꝑ mari
to cuilibet alij tāto donationē ante
nuptias additamēto maiorē facere
quāto dotis auget titulus. Nec ob
ſit in hmōi munificētijs interdictas
eſſe^d liberalitates tp̄e nuptiarū. In-
dulgendū^e eſt nāq̄ꝫ ꝯſenſui cōi ptiū:
ne cū neget augende ptās donatio
nis: dotis etiā pigrius^f ꝯſtituat aug
mentū. Idē licere p̄cipim⁹ etiā
in his mr̄imonijs in quib⁹ interdū
accidit ante nuptias q̄dē donatiōeꝫ
nullā^g eſſe: ſolā vero dotē marito
mulierē obtuliſſe vt etiā tūc mł̄iere
dotē augente liceat marito q̄q̄ꝫ do
nationē in vxorē ſuā eiuſdē^h q̄ꝫtita
tis facere: quātū aucta dos ꝯtinere
dinoſcit. Pactis videlicꝫ de redhi
bitione vł retentiōe aucte dotis vel
donatiōis (ꝓut ptes cōſenſerint) ꝑ
iam ſtatuto^i mō ineundis ſiue inium
gendis veterib⁹ pactis q̄ initio nu-
ptiarū de ante nuptias donatiōe et
dote p̄ncipalr̄ ꝯſtituēda inita^k ſunt.
Jura^l etiā hypothecarū que in
augēda dote vel donatiōe fuerint:
ex eo tp̄e initiū accipiant: ex q̄ eedē
hypothece ꝯcte ſunt: ꝛ nō ad p̄oris
dotis vel añ nuptias donatōis tp̄a
referant. Sꝫ ꝛ ſi ecōtrario mari
tus ꝛ vxor ad diminuēdā dotē ꝛ añ
nuptias donationē ꝯſenſerit: licere
eis ad ſilitudinē diminutiōis (q̄ i do
te fit) etiā ante nuptias minuere do
nationē: vt pacta de amboꝝ dimi-
nutionib⁹ ineūda firma^m ꝛ legitima
eſſe intelligant. Exceptis videlicet
his caſib⁹ in q̄b⁹ aut marit⁹ ex prio
re mr̄imonio liberos hñs ad ſecun
das migrauerit nuptias: aut vxor
ſilr̄ ex anteriore mr̄imonio liberis
ei extantibus ſecūdo marito ſe iūxe
rit. in hoc eñ ſcđo matrimonio vel
a parte mariti vł a pte mulieris: vł
ab vtraq̄ꝫ (ſi hoc etiā acciderit) iter
dictā eſſe diminutionem dotis vel
ante nuptias donatiōis: ne aliquid
aduerſus filios prioris matrimonij
machinariⁿ videatur: cenſemus.

## In auten. de equali. do. ꝛ ꝑpt nup. do. §. aliud. collatione. vij.

Conſtitutio. x.

Dictū eſt in lege ſi cōſtāte ꝙ licitū eſt
ſi conſtante matrimonio dos auget auge-
re vł facere donationē ꝑpter nuptias In
hac aut. in primo rñſo. dicit ꝙ hoc nō ſolū
eſt ꝑmiſſuꝫ ſed eſt neceſſe: ſed ſtatiꝫ querit
in q̄bus reb⁹ poſſit fieri iſtud augmētum.
Pone ꝙ vir eſt grauatus ere alieno: muli
er vult facere augmētū dotis: vt excludat
āteriores creditores mariti. vt. ſ. qui po. in
pig. hab. l. aſſiduis. an iſtud augmentū po-
terit fieri in q̄libet re Rñ. ꝙ hoc caſu debe
ret fieri in re immobili non in q̄ꝫtitate. nā
ſi ſtat in re mobili vł q̄ꝫtitate in iſto augmē
to non vtetur aliquo priuilegio contra cre
ditores mariti. h.d. Bal.

Sed iā neceſſe eſt ſi alia ps au-
gmentū p̄ſtat alterā q̄ꝫ partē
incremētū celebrare^o: ꝛ ſiquidē vir
alieno ere^p nō impediat: in reb⁹ qui
buſlibet ꝓcedat augmētū^q. At^r ſi de
bitor ſit: ne fraudis erga creditoreꝫ
ſuſpitio^s ſubeſſe poſſit oīno res imo
biles icremēto datis ꝑficiāt. Si
eñ mulier imobilis ſubſtantie dña
dederit res mobiles in augmentū:
in hac pte dotis nullo vtetur priui
legio aduerſus^t alios creditores.

Donatio que oliꝫ āte nuptias dicebat
hodie ꝑpter nuptias appellat ꝓprio voca
bulo ei impoſito: ꝛ pōt fieri cōſtāte mr̄imo
nio. Et pacta dotalia. i. in dote appoſita in
iſta donatione correlatiua tacite intelligū
tur repetita. Et pōt donatio ꝑpter nupti
as inſinuari tā ante q̄ꝫ poſt matrimoniū
q̄cūq̄ꝫ modo durante mr̄imonio. h.d. bal.

Idem Juſti. a. Johan. prefecto
p̄reto. Lex. xx.

Cum multe nobis interpella-
tiōes facte ſint aduerſus ma
ritos: qui decipiendo ſuas vxores
faciebant donationes quas ante nu
ptias antiq̄tas nomiauit: inſinuare
autē eas actis interuenietibus ſup-
ſedebāt^v vt iſecte maneāt: ꝛ ipi qui-

a Minorib⁹. dona
tiōe. lꝫ ſit vltra
ccc. ſol. vt ꝛ. ſ. đ do. ſan
cim⁹. §. alˀs aūt. ſecus ſi
eēt maior vt h. ꝛ. ſ. đ in.
do. l. ſi. §. ſili. Sꝫ hodie
idē ſi eēt maior: q̄r ſi pa-
cta lucri cedāt pti mł̄ie
ris nō nocet inſinuatio
omiſſa ſꝫ eēt nocet viro
ad lucrū dotis. vt. ſ. in
aut. eo decurſum eſt.

b Si liberis. ex do-
natione. ad ſe re
uerſa vt dꝫ: q̄ð ē notādū
p. l. iſtā. q̄r ſicut dos ad
ad mulierē: ita donatio
ad viꝝ redit ſoluto mr̄i
monio: vt h dī. Itē do
natio legis erat ſm q̄ſ-
dā: q̄r ſi vir lucraret do
tē ex pacto teneret ſua
re ſic ex morte mulieris
lucrari videt donatio-
nē. ſꝫ certe magis videt
rehabere ſuā: ſic ecōtra
dicas in muliere.

Dos ad mulierē redit ſoluto matrimonio.

c Nihil. cum habeat
alia bona ex q̄b⁹ pōt re
linq̄re vnicuiq̄ꝫ filio tā
tū quātū dat ſcđo viro
in dotē. ꝛ ſic ſoluit ꝯtra
riū: q̄ð eſt. ſ. đ ſec. nup.
l. hac edictali. in prin.
Aliud antē ſi apud ma
ritū aliq̄d ex dote rema
neret vel apđ vxorē ex
donatōe: q̄r ſuare coge
ret: vt. ſ. đ ſe. nup. feie.

d Si ꝯſtāte. interdi
ctas eē. iure ciui
li. vt. ff. de do. int vi. et
vxo. l. j. ſꝫ ibi de ſimpli
ci donatione.

e Indulgēdū. i. remit
tendum aliq̄d de rigo-
re iuris. ſic. ſ. de tēp. ap.
l. ſi. in fine.

f Pigri⁹. ſic. ſ. đ bo.
que libe. l. cōſtitutiōis.
§. proſpiciendum.

g Nullā eē. ſ. ab īitio.

h Einſdē quātitatis.
vt iſti. de do. §. eſt ꝛ ali
ud. ꝛ dic quātitatis. i. q̄
titatꝫ iure iſto: ſꝫ hodie
etiā quātitatis: vt. ſ. de
pac. ꝯuen. l. ex morte. ꝛ
l. lege. ꝛ in aut. eq̄litas
ſm q̄ſdā q̄ð nō placꝫ. ꝛ
ille leges ad pactuꝫ lu
cri intelligūtur: hec ad
conſtituendā dotem ꝛ
donationem.

i Statuto mō. in p̄n.
hui⁹. l. vbi dī indulge-
ri ſibi pacta ꝛ ſi nil di-
cat erit ꝛ illud ſeruan-
dū q̄ð in p̄ncipali erat.
vt. ff. de pac. do. int ſo-
cerum. §. ij.

k Inita ſunt. cū dos
cōſtituebatur.

l Jura. referant. q̄ð
eſt. ſ. ſic ꝛ. ſ. de ſec. nup.
hac edictali. §. ſi. ꝛ. ſ. de
pac. cō. l. ſi. Sꝫ ar. econ
tra eſt. ſ. de bo. q̄ libe. l.
cum opꝫ. in ſi. ꝛ. ſ. qui
po. in pig. ha. l. ſi.

m Firma. in caſib⁹ il
lis tm̄ vbi lꝫ ſolui dotē
ꝯſtāte mr̄imonio. vt. ff.
ſol. ma. l. ſi ꝯſtāte. ꝛ de
iur. do. mut⁹. §. manen
te. alioq̄n ꝯ. vt. ſ. ſi dos
ꝯſtante matri. l. ij. q̄ eſt
ꝯ. Uel dic h non erat
dos p̄ſtita ſꝫ promiſſa ꝛ
per pactū remiſſa.

n Machinari. ſꝫ quō
aliq̄s poſſet machinari
cū q̄ꝫtū ſit datū ſcđo ꝯiu
gi noīe dotis vel dona
tiōis inſpectet tp̄s mor
tis hinubi parētis. vt i
aut. de nup. §. q̄r v̄o ha
cten⁹. Rñ. nihilomin⁹
ꝛ tp̄e ꝯcti mr̄imonij: in
ſpicit eñ vtrūq̄ꝫ. ſi eñ
tp̄e ꝯcti mr̄imonij fue-
rint. xx. i dotē data ſub
pacto de lucrando: tp̄e
aūt mortis hinubi parē
tis ſit diminuta i. v. tm̄
tp̄s ꝯcti mr̄imonij ſpe-
ctat. Si v̄o ponas ecō-
tra inſpicit tp̄s mortis
hinubi. ḡ iō dicit hic: q̄r
cito ꝑ hoc. i. ꝑ talē dimi
nutionē filij prioris ma
trimonij grauarētur q̄
debēt reuocare q̄ð plus
eſt. vt. ſ. de ſe. nup. hac
edictali. §. ſi v̄o plus q̄
ſtatutuꝫ ē. Iſte aūt ideo
vult diminuere vt frau
det filios p̄oris mr̄imo
nij: vt nō poſſint reuo-
care. ſ. filij: cuꝫ iam tp̄e
mortꝫ nō iueniat pl⁹ in
dotē ꝛ ſic dñt cōicari cū
filijs ꝛ ſecūdi ꝛ p̄mi ma
trimonij ſm. M.

Seq̄t aut. ſꝫ iā ne-
ceſſe ꝛc̄. q̄ legit ſup p̄n.
hui⁹. l. ꝛ ē ex corpe de
eq̄. do. §. illud. col. vij.

o Sed iā neceſſe. ce
lebrare. nō ḡ in
voluntate erit vt erat ꝑ
l. ſi ꝯſtāte. ſꝫ ex nec̄itate

p Ere. magno.

q Augmētū. dotis.

r At ſi đbitor ſit. ma
gne auctoritatis.

s Suſpitio. alioquin
aliđ erit. itē h erit ꝑpter
p̄mos creditores nō ꝑ
pter ſeq̄ntes: vt vī. ſed
certe eadē fraus aduer-
ſus ſequentes poſſet cō
mitti.

t Aduerſus alios cre
ditores. p̄cedētes vel ēt
ſeq̄ntes poſſet cōmitti
ſm. h. ꝛ. h. ꝛ azo. ꝛ acc.

v Cum mł̄te. ſupſe
debāt. vſq̄ꝫ duꝫ
fieret mr̄imoniū ꝑ v̄ba
de p̄nti. Et no. tria vi-
tia olim. ſ. q̄r fiebat ante
nuptias donatio h: nō
poſt. Scđm q̄r vocaba
tur ante nuptias. Ter-
tiū q̄r ante nō poſt ma-
trimoniū cōtractū pote
rat inſinuari. ꝛ duo vl
tima naſcūtur ex p̄mo.
primū per Juſtinuꝫ eſt
ſublatum

Donatio ꝑpter nuptias oliꝫ tria habebat vitia.

ſublatū.vt.s.l.px.ſcdʒ tollif hvſqʒ illuc:ſi igif ⁊c.tertiū tollif.j.§.pe.
a ¶ Lucrentur.ſed pacta dotalia cedebant parti viri.
b ¶ Vxores autem.que debuerint facere inſinuationē quod in dote non erat opus cuiuſcūqʒ quantitatis eſſet.
c ¶ Emendato.ſic ⁊ inſti.de do.§.eſt ⁊ aliud.⁊ poſtea dicit de iſinua tiōe nō tn̄ plene:niſi qđ pōt fieri etiā mr̄imonio ɔſtāte: vt.j.eo.§.ſi.ſed autentica eo decurſum ⁊c̄.plene dicet. Et no. tria in hac.l. Prio q̄r pbat p multa ſiꝛia q̄ hʒ cū dote donatio: q etiā hoc habeat vt etiā ɔſtā te mr̄imonio fieri poſ ſit: vt dixerat Juſtinia nus. ⁊ ſic ppt̄ nuptias vocef. ⁊ hec ſunt duo vitia q̄ dixi. Scđo đ pa ctis lucroꝝ: de quo nō dixerat in prin. glo.ter tio de inſinuatione.
d ¶ Rem.i. queſtionē omiſſe inſinuatiōis.nō dicas an poſſit fieri cō ſtāte mr̄imonio:qꝛ hec eſt ſoluta.s.l.pri.ſʒ no nas rationes dicit.
e ¶ Quare. bn̄ dico ſic vocari cū fiat. ⁊ poſt: ⁊ merito ſit p⁹.q̄re ei ⁊c̄.
f ¶ Fit. etiam conſtāte matrimonio.
g ¶ Nulla dos.ſic ⁊.ff. de iure do.l.iij.⁊ in an ten.de trien.⁊ ſemiſ.§. ſed nec.col.iij.
h ¶ Sine dote antē.ar gu.cōtra in decre.xxx. q.v.c.nullum.
i ¶ Celebrari.⁊ ſic ē ſi militer in donatione.
k ¶ Facere. ſcilʒ ſicut eſt in dote.
l ¶ Antiferna. contra dotē ab anti qđ eſt ɔtra ⁊ ferna.i.dos quaſi cō tra dotē datio: vt ⁊ hec donatio eſt.
m ¶ Antiqui iuris. di cētis q alia eſt ſimplex donatio alia ob cauſaʒ ſicut eſt dos ⁊ donatio vt.ff.de dona.l.j.
n ¶ Nomine. qꝛ ambe dicūtur donationes.
o ¶ Et ſubſtātia. quia vtraqʒ ſit propter nu ptias.⁊ propter vtrāqʒ datur rei vendicatio.⁊ hoc dicit auf. permiſſa ⁊c̄.quam hic lege.
p ¶ Permiſſa ē ⁊c̄. hec auf. ſumif in auf.vt imo.an.nup. do.colla.v.⁊ in auf.de equa.do.§.alind. coll.vij.quaʒ habes.j.de iur.do.auf. donationem.
q ¶ Alias cās.ne mutuo amore ſpolienf ⁊ ne melioꝛ fiat paupioꝛ aut deterioꝛ fiat ditioꝛ.vt.ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.l.j.ij.⁊.iij.in prin.
r ¶ Efficiuntur.ſicut ſit hic.
s ¶ Si igitur.nunc ſecunda pars incipit.
t ¶ Quantitatē non excedant.immo videtur poſſe excedere: vt.j.de pac.do.l.ex morte.quam ⁊ cōfirmat.j.e.l.§.ita tn̄ ⁊c̄.Sol.vbi a princi pio cōſtituitur dos ⁊ donatio poſſunt inequaliter conſtitui:vt ibi.vbi ex poſtfacto conſtituaf alteꝛ:ſecus vt hic.ſed hodie ſemper equaliter. vt in auf.equalitas.que eſt ſuper.l.cōtraria.
v ¶ Expreſſum.qꝛ pacta facta in donatione.
x ¶ Oportet.i.quotam partē dotis vel donationis debeant lucrari.ſi autem in dote prius data fuit aliquid appoſitū in donatione poſtea da ta nullū.qđ erat in dote intelligef et in donatiōe:⁊ hoc ſubijcit.ſic er go pactum ſi eſt expreſſum ⁊ inequale valet vt hic pactum cōuentio nis ⁊c̄. Sed ɔ.j.de pac.cōuen.l.ex morte.vbi ſaltem in quātitate exi git equalitatē. Sol.h corrigit qđ non placet:imo hic illaʒ confirmat. vt.j.§.ita tn̄ ⁊c̄. Dic ergo q hic dicit qn̄ ex poſtfacto ɔſtituitur. ibi ab initio vtraqʒ. Sed auf.dicit vbiqʒ ſeruari equalitatem etiam in quāti tate ⁊ non ſolū in quo titate.que autentica ibi ponitur equalitas ⁊c̄.
y ¶ Si autem. equis paſſib⁹.q̄tū ad pactū.
z ¶ Leoniana. vt.j.de pac.cō.ex morte.
a ¶ Partibus.quotis. que corrigitur per auf. ibi poſitam.
b ¶ Sed etiam noſtra. vt.j.eo.ti.l.lege. ambe tamen dicūt quādo ab initio eſt vtraqʒ conſti tuta. vt modo dixi.
c ¶ Minorē. ſi maius reducitur ad minus er go aliqđ ad nullū ſi ſit p aliq̊ eoꝝ ſit nullū:cuʒ id qđ nullʒ ſit minus ſit. vt.ff. đ tribu.l.illđ. §.min⁹. qđ eſt falſum: immo nullʒ ad aliqđ. vt.s. e.l.§. ſi autem do natio ⁊c̄. ſic ⁊ alſ fallit argumentū predictum vt ſi inſtituā te heredeʒ in.xj. vncīs: ⁊ altū ſim pliciter: habet partē va cantem. ſi vo nulla va cet qꝛ prim⁹ in.xij.vn cīs ſit inſtitutus: alius in medietate tātū.prio ri ademptuʒ videtur et ſecundo dari.ſic ⁊ in le gato. vt.j.de leg. cum queſtio.
d Dos data. me retur.id eſt de bebit eam mulier lucra ri ſoluto matrimonio: licet nullum pactuʒ de ea vel eius quota parte lucranda fuerit factuʒ. quod nō placet: immo eſt dicere q ſicut muli er conſtituit doteʒ: ita et maritus debet dona tionem ppter nuptias conſtituere. ⁊ ſicut dos ad muliereʒ ſoluto ma trimonio redit: niſi pa ctum ſit de lucrādo. vt j.de rei vxo. act.§. illo proculdubio. ſic ⁊ do natio redit ad maritʒ cum lex iſta cum multe dicat dotem ⁊ donatio nem propter nuptias equis paſſib⁹ ambula re. ſʒ cur meretur vxoꝛ cū ipſa non lucretur eā niſi ex pacto ſpeciali. vt.d.§. illo. nec fructus habeat. Rn̄. vt ſecurioꝛ ſit in dote.nā res ſuas vir alienat cōſentiente vxore. vt.s.ad vellſ.l.etiā.qđ non eſt in donatione. vt in auf. ibi poſi ta:ſiue a me ⁊c̄. Sed qua actiōe agitur vt fiat donatio. rn̄.cōditione ex hac.l. Sed azo dixit q agit mulier ɔditiōe vt ſibi tradaf. nō autē vt cō ſtituatur:qꝛ ipſo iure eſt cōſtituta in ſili quātitate que eſt dos.
e ¶ Res mobilis.nā aliter non ſit depoſitio. vt argu.j. quando ⁊ qui bus quarta pars.l.ij.
f ¶ Exactio.ſʒ qd ſi nec fuit ɔſtituta donatio:nec petita ɔſtitui ſʒ facto diuoꝛtio petit eā ɔſtitui ⁊ lucrari p tertia cū dotē dediſſet ⁊ de ea lucrā da p tertia ſit pactū.rn̄.nō pōt agere ſʒ ſibi iputef q̄re ɔſtāte mr̄imonio non fecit ſibi fieri donationē. Item nūqd pactuʒ de lucranda dimidia parte dotis valebit:cū nullū fiat i donatiōe.rn̄.ſic. Allij ɔ.cū dicat lex iſta:cū mlte diſparib⁹ em̄ ⁊c̄.⁊ min⁹ dī ⁊ ſi nihil ſit. vt.ff.de tri.l.illud.

dē dotis cōmoda lucrētur[a] vxores autē[b] ſine nuptiali remedio reliquā tur. ¶ Sancim⁹ noīe pri⁹ emēda to[c] ita reʒ[d] corrigi:⁊ nō ante nuptias donationē eādē vocari. ſed ppt̄ nu ptias donationē. q̄re[e] em̄ dotē qdeʒ (⁊ iā ɔſtāte mr̄imonio) mulieri ma rito dare ɔcedif: donationē aūt ma rito niſi an̄ nuptias facere nō pmit taf:⁊ q̄ hui⁹ rei differētia rōnabilis pōt iueniri:cū meli⁹ erat mulierib⁹ ppter fragilitatē ſexus q̄ʒ maribus ſubueīri:ſicut em̄ dos ppt̄ nuptias ſit[f]:⁊ ſine nuptijs qdē nulla[g] dos itel ligitur: ſine[h] dote aūt nuptie pn̄t ce lebrari[i].ita ⁊ in donationib⁹ q̄s ma riti faciunt vel pro his alij: debʒ eſſe aperta licentia:⁊ conſtāte matrimo nio talem donationē facere[k]: qꝛ q̄ſi antiferna[l] hec poſſunt intelligi:⁊ nō ſimplex donatio. ¶ Ideo enim an tiqui[m] iuris conditores inter dona tiones etiam dotes connumerant. ¶ Si igitur ⁊ noīe[n] ⁊ ſubſtantia[o] ni hil diſtat a dote ante nuptias dona tio q̄re nō etiā ea ſimili modo ⁊ ma trimonio ɔcto dabif. ¶ Sācimus itaqʒ oēs licentiam hr̄e ſiue priuſq̄ʒ mr̄imonia ɔxerit: ſiue poſtea dona tiones mulieribus dare ppter do tis donationeʒ: ⁊ non ſimplices do nationes intelligātur:ſed ppter do tem ⁊ propter nuptias facte.

## In auten. vt imo.an tenup.do. §.ſi quis collatione.v.

Conſtitutio.xiiii.

¶ Pro donatione ppter nuptias cōpe tit in rem actio mulieri.h.d.Bal.

Permiſſa eſt[p] et in rem actio pro tali donatione mulieri aduerſus omnes poſſeſſores.

¶ Finit auf. Sequitur textus.C.

¶ Simplices etem̄ donatiōes nō ppter nuptias fiūt:ſʒ ppter nupti as vetite ſunt ⁊ ppter alias[q] cās ⁊ li bidines forſitā vl̄ vni⁹ ptis egeſta tē nō ppter ipaʒ nuptiaꝝ affectōeʒ efficiunf[r]. Si igif[s] dote iā pſtita ma rit⁹ nulla āte nuptias dōatiōe facta donare mulieri res maluerit:ita tn̄ vt dotis q̄ʒtitatē[t] nō excedāt: ⁊ h ip ſum ſignificauerit q nō ſimplicē fa ciat donationē:ſʒ ppter dotē iā cō ſcriptā. ⁊ ipē ad donatiōeʒ venerit licebit hoc ei facere et ſupponaf pa ctis dotalib⁹ hmōi donatio:⁊ ſi qui dē h ſpecialr̄ fuerit exp̄ſſum[v] pacta ɔuēta ſuari op3[x]. ¶ Si naūt dona tio talis qdē facta ſit: vtpote dotali inſtr̄o an̄cedēte nulla pacta tali do natiōi poſt nuptias iſerāf: re ipā vi deaf hoc eē pactū: ⁊ ſʒ dotales ɔuē tiōes itelligant. ⁊ in tali dōatiōe pa cta fuiſſe ɔuēta: vt eqs paſſib⁹[y] vtra qʒ ābulet tā dos q̄ʒ donatio. Ita tn̄ q leoniana[z] ɔſtitutio:q̄ ſup exeq̄tio ne pactionū loqtur:nō in quātitate ſʒ in ptib⁹[a] maneat in his caſib⁹ inta cta. ⁊ nō ſolū ea imutilata cuſtodia tur:ſʒ ēt nr̄a[b] quā de iterp̄tatiōe ei⁹ fecim⁹ ābiguitatē ei⁹ tollētes. diſpa rib⁹ etem̄ pactiōib⁹ factis maioreʒ lucri pteʒ ad minorē[c] deducendam eſſe cenſemus: vt eodeʒ modo vter qʒ minorem partem lucretur.

## In auten. vt exact. i ſtā. do.§.il lud.collatione.vij.

Conſtitutio.vij.

¶ Notandū eſt valde:et dicit q dos data meref donationē ppt̄ nuptias coeq̄lē ſibi in quātitate ⁊ quotitate ⁊ pactis ita intelli git gl. Scđo dicit q ſi mlier nō dedit doteʒ ſed pmiſit ⁊ vult dare ⁊ offerre depōit ⁊ ɔſignat ſi res cōſignabilis ē vel offert tm̄ ſi immobilis q ⁊ ſimilis eſt dāti ⁊ pmeretur donationē:ſed ſi differt dotis preſtationeʒ non meretur propter nuptias preſtationē alſ largitionem.h.d.Bal.

Dos data donatiōeʒ ppter nuptiaſ meref[d]. pterea ſi ps mulieris dotē ſoluere ſit parata:cū ex diuerſo recuſef: ⁊ mulier hoc cō teſtef:cūqʒ ſit res[e] mobilis ſignacu lo ipoſito recōdef: aut igrediēs iu diciuʒ petat hoc fieri: vt pti viri de nūcief:ſic neq̄ʒ declināda ē dona tiōis exactio[f] ac ſi p dilatiōem dos viro non detur ⁊ donatio prorſus denegetur.

¶ Finit auf. ſequitur textus.C.

Antifer na quid ⁊ vnde dī.

Donatio q̄re eſt in ter coniu ges prohi bita.

Dos et dōatio an poſſint cō ſtitui in equaliter

dos ⁊ do natio pro pter nu ptias eqs paſſibus ambulāt.

§.pe.⁊.ff.de re.iu.minus.Sed contra eos eſt in.e.l.§.penul. vbi dicit ſinautem donatio ⁊c.

a ¶ Similiq₃ modo.tertia pars legis:⁊ refertur ad prin.l.

b ¶ Fecimus.ſ.l.pxi.videtur eñ feciſſe cū fecerit pater ei⁹. Uel dic ꝙ fecit aliquā non quā habemus ſimilem illi.

c ¶ A veterib⁹. vt.ff. de do.inter vi.⁊ vxo.p totū.⁊.j.de do.inter virū ⁊ vxo.per totum.

d ¶ Ed decurſum ē. ſpōſalitia.i.donatiōes ꝑpter nuptias. ⁊ ſic iproprie dr̄:ſ₃ proprie illa quam ſpōſus ſpōſe:vl' eᷓ dat ⁊ facit.

e ¶ Specialis.q: quodda ſpeciale in ea ſuat. vt ſubijcit:nec eñ inſinuationē ⁊c. olim contra:niſi in caſu. vt.ſ.e. l.minoribus.

f ¶ Inſinuationē. que exigit in donatiōe excedēte quīgētos ſolidos. vt.j.de dona.l. pe.⁊ fi.

g ¶ In viri perſonā.ſ. noīe viri fiat mulieri.

h ¶ Quaten⁹.i. eo pacto vt cōſcribat.ſ. maritus in hūc ꝯctū.i.donationē ꝑpter nuptias id eſt dicere hoc pacto vt fiat inſinuatio:vl' vt ſubſcribat maritus.

i ¶ Quantū ad mulierem.vt inſinuatio non ſit neceſſaria.

k ¶ Cū ea ſit quātitas. quia excedit quingētos ſolidos.

l ¶ Concedāt parti. dicit eñ ꝙ fecerat pactū vir de lucranda dote q̄ erat mille ⁊ ſic vltra gngenta ſi mulier predecederet ⁊ mulier deberet lucrari donationē propter nuptias ſi vir ꝑdecederet q̄ ſilr erat ī mille. lucrabit ģ mlier donationē ſi vir ꝑdecedat licet nō interuenerit inſinuatio. at econtra ſi vxor ꝑdecedat non lucrat vir de dote ſi donatio nō eſt inſinuata.

¶ De nuptijs. Dixit de ꝑambulis nuptiarū ſcil₃ ſpōſalib⁹:ſequitur nūc de nuptijs. vel ſic. Premiſſis ꝑparatorijs nuptiarū ponit de nuptijs de quib⁹ videam⁹ quid ſint nuptie ⁊ vnde dicant.qui pñt ꝯhere nuptias: ⁊ quib⁹ rationib⁹ prohibent ⁊ q̄liter ſpecificant:⁊ quis ſit effectus. Azo.

m Cum ḋ nuptijs. futuris:al's ſi ñ eſſet pupilla nō hr̄et tutorē⁊ eius volūtas quereret. vt.j. eo.in copulandis. ⁊.l. vidue. ⁊.l.in ꝯiunctione. Aliī dicūt ꝙ hec puella nolebat ſuā volūtatē dicere cultu verecūdie. vt.d.l.in ꝯiūctiōe.quod tñ nō placet cum ⁊ ibi in adulta dicat.

n ¶ Arbitriū.per qḋ ſedetur eoꝝ diſcordia.ſic ⁊ inſti.de ſatiſda.tu.§.

¶ Similiq₃ᵃ modo ſi facta quide₃ fuerit talis donatio que antea quide₃ āte nuptias vocabat:nūc autē propter nuptias:non aūt fuerit (actis interuenientib⁹) inſinuata:licebit etiā cōſtante mr̄imonio ea₃ inſinuare: nullo obſtaculo penitus ex nuptiarum interuentu faciendo. ſi enim fieri eas poſt nuptias concedatur:multomagis inſinuari.

¶ Similiq₃ mō ⁊ ea ꝯſtitutio quā pro augēdis tā dotib⁹ q̄₃ āte nuptias donationib⁹ fecim⁹:itacta illibataq₃ ꝯſeruet:oib⁹ videl₃ que de ſimplicib⁹ donatiōib⁹ inter maritu₃ ⁊ vxorē cōſtante mr̄imonio vel a veteribusᶜ vel a nobis ſtatuta ſunt in ſuo robore duraturis.

## In Auten.

vt ſpō.lar. in ꝑncipio coll.ix.Cōſtitutio.j.⁊ in aut. vt fra. filij.§.illḋ quoq₃.col.ix. Cōſtitu.vij.

¶ Iſta aut.ꝯtinet ius poſitiuū. Prio ꝑmittit quoddā ꝑambulū:ſc₃ ꝙ donatio ꝑpter nuptias eſt ſpecialis ꝯtract⁹ id eſt proprie⁹ diſtinct⁹ valid⁹ ⁊ iuſtus. Secūdo ſubdit ꝙ vbi facta eſt donatio ꝑpter nuptias in qua eſt appoſitū pactū de lucrādo cōſimili pacto dotis mulier q̄ nō iſinuat donationē ꝑpter nuptias nō meret penā quin exiſtēte ꝯditione lucret ſed vir qui nō inſinuat meretur penā ꝙ ſibi nō ꝓdeſt pactu₃ lucrande dotis.h.d.Bal.

Eᵈ decurſum eſt:vt ſponſalitiaᵈ largitas ſpecialisᵉ ſit contractus:nec inſinuationemᶠ deſideret etiam ſi ab alio detur:l₃ inᵍ viri perſonam donatio fiat quatenusʰ ipſe hunc contractū conſcribat hoc q̄₃tumⁱ ad mulierem. ¶ At ſi vir vel alius qui dederit eam non inſinuet:cumᵏ ea ſit quātitas: ⁊ pacta dotalium concedantˡ parti viri nullam ſuper eis habere vir actione₃.

ᶻNAter donatiōe₃ ꝑpter nuptias quā ꝯtulit in vxorem non cogit ſuare liberis prioris matrimonij. ⁊ ſi ad ſcḋas nuptias migrauerit: aliud eſt ſi apḋ maritū aliquid ex dote ē:vel apud mulierē ex donatiōe reſedit. ¶ Illud eñ ſuare liberis prioris matrimonij d₃.

## In Auten.

de equali. do.§. aliḋ. collatione.vij. Conſtitu.x.

Nunc inhibet diminutio ne fraus fiat liberis ꝑoris mr̄imonij:quoꝝ vnicuiq₃ etiā cui min⁹ datū eſt dare tantū cogit quantum ſcḋe vxori.ita etia₃ a parte vxoris.

finautem.⁊.ff.de admi.tu.l.iij.§.fi.

o ¶ Si nuptijs.nō ſubſcripſit.hoc videt hodie q̄nq₃ contra.vt in auten.ſed nouo iure.que eſt.j.eo.

p ¶ Libertum.coniugem.quondam.

q ¶ Accuſare poteris.quicunq₃ ſis.ſ.de ſtupro vel adulterio vel ſacrilegio niſi vilis eēt talis femia: vt.ff.e. ſi patrono.q̄ eſt cōtra.

r ¶ Cōgruentē.ſ.extra ordinem ſuo officio ſm quoſdam.

s ¶ Odioſas.iure ciuili ſed nō naturali.

t ¶ Merito.propter reuerētiā pſonaꝝ. ⁊ facit ff.eo. ſenatoris filiam. ⁊.l.lege.

v ¶ Liberi. vxores. nec ꝯcubinas habere:vt.ff. de concubi.l.j.§.pe.

x ¶ Nō pñt. ꝑpt affinitatē. Sed certe ꝯ nō vr̄ affinitas:cū dr̄ affinitas regularitas pſonaꝝ ex nuptijs cōiūctaꝝ oī carens parētela:attamen hoc nō peruenit ex nuptijs:ſ₃ certe ſic impeditur matrimoniū ꝑpter illicitā ꝯiūctione₃ ſicut p affinitatē:⁊ ſic eſt hił licita ꝯiūctio: vt.ff.e.l. ſemp.ſed ⁊ hic pōt dici affinitas:vt.xxx.qō.iij. c.de inceſtis. Affinitatis diffinitio.

y ¶ Si vt ꝑponis.nō cōtradixit. idem ecōtra in p̄ře filie nubētis.ff. de ſpō.l. in ſpōſalib⁹.§.j. Et no.arg.ħ q tacet cōſentit.ſic.ff.furti aduer.nau.cau.ſta.l. j.in fi.⁊.j.ad maceḋ.ſ₃ iulia.§.interdū.⁊.l.ſi filius.⁊.ff.nau. cau.l.fi. ⁊.j.ad velleianum.ſi ſine.S₃ ar.ꝯ.ff. de fur.q vas.§. vetare.⁊ adde ħ qḋ dr̄.ff. de ꝯtabu.l.iij. §.ſi emācipatus. Taciturnitas eq pollet cōſenſui.

z ¶ Et ſi ꝯ mādata. differētia eſt inter mādata principū et cōſtitutiōes. Nā ꝯſtitutio gñale eſt nomen ad oēs leges iꝑatorias ptinēs. Mādatū vō eſt cōſtitutio qua cauet quō rector ꝑuicie debeat ſe habere in ꝑuincia quā adminiſtrat. vt in aut. de man.prin.in princi. colla.iij. Mandatum principū ⁊ cōſtitutio differūt

a ¶ Cōtractū ſit. cū adminiſtratore q nō ſit oriūdus ide.nō eñ q in ſua pr̄ia militat ꝓhibet ibi ducere vxorē. vt.ff.e.l. ſi qs offm̄.⁊.l. eos q cōcubinā.aut pōt hr̄e. vt ff.de concubi.l.fi.

b ¶ Poſt depoſitum. no. ħ ꝙ poſt depoſitu₃ officiū opus ē nouo cōſenſu. ſec⁹ eſt eñ in minore.xij.an.nupta ⁊ loco vxoris habita q̄ ſc₃ legitimo tpe impleto ſit vxor etiā ſine nouo conſenſu. vt arg.ff.de ſpōſa.l.queſitū.⁊ de do.inter vi.⁊ vxo. cum hic ſtatus.in fi.⁊.ff.de ritu nup.l.iiij.

## ¶ De nuptijs.

¶ Quando ſuper maritāda puella diſcordant ꝯſanguinei ⁊ tutor:arbitriū iudicis eſt neceſſariu₃.qui d₃ eligere qḋ eſt vtili⁹ puelle ⁊ nō pati qḋ eſt inutile.h.d.bal.

¶ Impa.Seue.⁊ Anto.aa.Por. Tit.iiij. Lex.j.

Cum de nuptijsᵐ puelle q̄rit: nec inter tutorē ⁊ matrē et ꝓpinquos de eligēdo futuro marito conuenit: arbitriumⁿ preſidis ꝓuincie neceſſarium eſt.

¶ Etiā ſine ſubſcriptione paterna valet conſenſus patris in nuptijs per filiā contrahendis.h.d.Bal.

¶ Iidē.aa.Trophine. Lex.ij.

Si nuptijs pr̄ tuus ꝯſenſit: nihil oberit tibi ꝙ inſtrumento ad mr̄imoniū ꝑtinēti ñ ſubſcripſitᵒ.

¶ Illicitū matrimoniū poteſt coram ſuo iudice ſeculari accuſari.⁊ pena arbitraria imponitur contrahenti.h.d.Bal. vel ſic. Libertus patronā nec eius filiam neptem vel ꝓneptē poteſt ducere in vxorem.Sal.

¶ Iidē.aa.Ualerie.L.iij.

Libertū q patronā ſeu pr̄oni filiā vl' ꝯiugēᵖ vel neptē vel ꝓneptē vxorē ducere auſus ē: apud cōpetētē iudice₃ accuſare poterisᑫ morib⁹ tēpoꝝ meoꝝ congruentēʳ ſentētia₃ daturū que huiuſmodi coniūctōes odioſasˢ eſſe meritoᵗ duxerint.

¶ Per cōcubinatū ⁊ illicitū coitū cōtrahit affinitas. vnde ei⁹ affines ꝓhibēt matrimonio copulari.h.d.bal. vel ſic. Cōcubina patris nō d₃ eē vxor filij.h.d.Sali.

¶ Impa.Alex.a.ꝑpetuo.Lex.iiij.

Liberi concubinas parentū ſuoꝝ vxoresᵘ ducere nō poſſuntˣ:q: minus religioſam ⁊ probabilem rem facere videnť qui ſi ꝯtra hoc fecerint crimē ſtupri cōmittūt.

¶ Qui nō cōtradicit ⁊ patit cū poſſit vetare:cenſet cōſentire.h.d.vel ſic. Patientia habet ꝓ cōſenſu in fauorabilibus.h.d. bal.vel ſic. Taciturnitas patris habet ꝓ cōſenſu in filij nuptijs.h.d.Saly.

¶ Idem.a. Maxime. Lex.v.

Si vt ꝓponis pr̄ quōdā mariti tui(in cui⁹ fuit ptāte)cognitis nuptijs vr̄is nō ꝯdixitʸ vereri nō debes ne nepotē ſuū non agnoſcat.

¶ Quod ꝓhibet initiari pōt poſtea īpedimēto ceſſante confirmari accedente ꝯſēſu nouo.h.d.bal.vel ſic Matrimoniū inualidu₃ validat ex nouo cōſenſu adbibito tempore quo ceſſaut cauſa impediēs.Sa.

¶ Impera.Gor.a. Uale.Lex.vj.

Et ſi contra mādataᶻ ꝑncipu₃ ꝯctūᵃ ſit in ꝓuincia cōſentiēte muliere matrimoniū:tñ poſtᵇ depoſitū officiū ſi in eadē volūtate perſe

Poſtea

uerauerit iuſte nuptie efficiuntur: ⁊ iõ poſtea[a] liberos ſuſceptos natoſq; ex iuſto mřimõio legitĩos eẽ rñſuʒ viri prudẽtiſſimi pauli ꝺclarat.

Solẽnitas requiſita in actu faciendo regrit̃ i eo reparãdo vel reficiẽdo. h.d.bal. vel ſic. Sicut conſenſus patris neceſſari⁹ eſt in matrimonio cõtrahẽdo a principio ſic in diſſoluto reparãdo. h.d. Saly.

Idem. a. Apro. Lex. vij.

SI (vt ꝓponis) poſt q̃relaʒ de marito a filia tua ad te delatã diſſolutũ ẽ mřimoniũ: nec te ꝯſentiẽte ad eũdẽ regreſſa ẽ min⁹ lĩma ꝯiũctio ẽ ceſſãte pr̃is volũtate i cui⁹ eſt ptãte. atq; iõ nõ petẽte[b] filia petitionẽ dotis repetere non ꝓhiberis.

Auctoritas curatoris in nuptijs adulte nil operatur: quia perſone curator non datur. h.d.bal. vel ſic. Non curatorum vł cõſanguineorũ ſed ſolius puelle ꝯſenſus in eius nuptijs ſpectatur. h.d. Saly.

Idem. a. Romano. Lex. viij.

IN copulãdis nuptijs nec curatoris q ſolã rei familiaris ſuſtinet adminiſtrationẽ: nec cognatoꝝ[c] vel affiniũ vlla auctoritas põt interuenire: ſʒ ſpectãda eſt ei⁹[d] volũtas de cuius ꝯiunctione tractatur.

Iſta lex tractat duo. p̃mo de mřimonio p̃ſumẽdo. ſecũdo de ſimulatiõe p̃ſumẽda ⁊ dicit ꝙ nati ex ea q̃ eſt vel preſumitur vxor: ſi ſunt nati in domo patris p̃ſumunt̃ legitimi. h.d.bal. vel ſic Ad p̃ſumẽdũ matrimonium nõ ſunt neceſſaria inſtrumenta nuptiaꝝ: nec ad ꝓbationẽ filiationis eſt neceſſarium inſtrumentuʒ natiuitatis: ſʒ ꝙ probetur natus ex ea cũ qua dicitur eſſe legitimũ matrimonium ⁊ in domo vicinis ſcientibus. h.d. ſaly.

Imp. prob⁹. a. fortunato. L. ix.

SI vicinis vł alijs ſciẽtib⁹ vxorem liberoꝝ ꝓcreandoꝝ cauſa domi habuiſti: ⁊ ex eo matrimonio filia ſuſcepta eſt: q̃uis neq; nuptiales tabule: neq; ad[e] natã filiam pertinẽtes[f] facte ſunt: nõ ideo min⁹ veritas matrimonij aut ſuſcepte filie ſuam habet poteſtatem[g].

Dignitas accidentalis cõtrario accidente reſoluitur: ſed non ea q̃ ex natalium radice ꝓcedit. h.d.bal. vel. ſic. Mulier nobilitatem quam acq̃ſiuit propter virũ ſtatim ꝑdit cũ alteri inferiori nubit. h.d. ſaly.

Idem. a. Pauline. Lex. x.

CUm te[h] nõ ex ſenatore pr̃e ꝓcreatã: ſʒ ob mřimoniũ cũ ſenatore ꝯctũ clariſſime[i] femie nomẽ adeptã dicas: claritas q̃ bñficio ei⁹ mariti tibi parata eſt: ſi ſcdi[k] ordinis virum poſtea ſortita es redacta ad prioris dignitatis[l] ſtatũ depoſita ẽ.

Maritus repetit ſuam vxorem etiam a patre; maxime cum pater retinet eã reluctantem. h.d. Bal.

Imp. Diocł. ⁊ Maxi. aa. Alex. Lex. xj.

SI inuita[m] detinetur vxor tua a parẽtib⁹ ſuis: interpellat⁹ rector ꝓuĩcie amic⁹ noſter: exhibita[n] muliere voluntatẽ eius ſecutus deſiderio tuo medebitur.

Filius non cogitur inuitus ad aliquã vxorem ducẽdam ſed quam vult: dũ tñ patris conſenſus accedat. h.d. bal.

Iidem. aa. Sabino. Lex. xij.

NEc filiũ quidẽ familias inuitũ ad vxorẽ ducẽdã cogi legũ diſciplina ꝑmittit[o]. igit̃ ſicut deſideras (obſeruatis iuris[p] p̃ceptis) ſociare cõiugio tuo quã volueris nõ impedieris: ita tñ vt in ꝯhendis nuptijs: patris tui conſenſus accedat.

Per inſtrumẽta cõtracta ſuper dote non cõtrahitur matrimoniũ. Item ⁊ ſine inſtrumentis matrimoniũ contrahitur: ⁊ pe[r] indicia ꝓbari poteſt. h.d. Bal.

Iidẽ. aa. ⁊ cc. Done. Lex. xiij.

NEq; ſine nuptijs inſtrumẽta facta matrimonij ad probationẽ ſunt idonea diuerſuʒ vitate ꝯtinẽte[q]: necnõ interpoſitis iſtrumẽtis[r] iure ꝯctũ mřimoniũ irrituʒ[s] eſt: cũ omiſſa quoq; ſcriptura cetera indicia nuptiaruʒ nõ ſunt irrita.

Matrimoniũ debet eſſe liberũ ad hoc allegatur bal. vel ſic. Matrimoniũ debet eſſe liberũ in contrahendo etiam ab inuicẽ diuertendo. h.d. vel ſic. In contrahendo ⁊ diſſoluẽdo contractum matrimonij exigitur libera voluntas. Bar.

Iidem. aa. ⁊ cc. Atilio. L. xiiij.

NEq; ab initio matrimoniũ cõtrahere: neq; diſſociatuʒ recõciliare quiſq; cogi poteſt: vñ intelligis liberã facultatẽ ꝯhẽdi atq; diſtrahendi[t] matrimonij[u] transferri ad neceſſitatem[x] non oportere.

Manumiſſor põt accipe in vxorẽ ſuã libertã. h.d. bal. Vel ſic. Patronus põt libertam ſuã in vxorẽ ducere: niſi ſit de perſonis expſſe ꝓhibitis. h.d. ſaly.

Iidem. aa. ⁊ cc. Titiano. L. xv.

UXorem libertã ſuam manumiſſori ſi non ſit ex his[y] pſonis q̃ ſpecialr ꝓhibent̃ ducere non eſt interdictũ: ⁊ ex eo mřimonio iuſtos pr̃i filios naſci certiſſimum eſt.

IN auten. vt liberti de cetero §. ſi quis autẽ colla. vj. conſti. vj.

Nulla dignitas prohibet cum libertis nuptias contrahi. h.d. bald. vel ſic. Hodie quilibet poteſt matrimonium contrahere cum liberta. ſaly.

SEd nouo iure nulla dignitas ꝓhibet cũ liberta[z] nuptias ꝯ bi dotalibus[a] inſtr̃is confectis.

---

a Poſtea liberos. quid ſi ante. rñ. nõ ſunt legitimi. ar. ff. de ſta. ho. paulus. ſecus in natis ex cõcubina. vt inſti. de nup. §. fi. col. iiij. Sed cur hoc. rñ. q: cõcubinatus nomẽ per. l. accepit. vt. ff. de concu. in cõcubinatu. Sed alij ꝯdixerunt. Sed quare non inſpicit̃ initiũ ꝯctus vt ita nullũ ſit mřimoniũ vt ⁊ alś. ff. man. ſi procuratoreʒ. §. j. ⁊ depo. l. j. §. itẽ ſi ſeruus here. rñ. nõ cõcedo vt contra. l. inchoatũ cõualeſcat. ſʒ de nouo incipit hic finita adminiſtratiõe: et ſic nõ obſtat. s̃. de le. ⁊ cõ. l. non dubiũ. Alij rñ. illi. l. ꝙ loquit̃ in perpetuo ꝓhibitis qd̃ hic nõ eſt: ꝯcordãtie ſunt huic l. j. ſi quacũq; pre. po. l. j. ⁊. s̃. ſi rector ꝓuin. l. j. ⁊. ff. de ri. nup. qui in ꝓuincia. in p̃nci. ⁊. ff. de do. inter vi. ⁊ vxo. l. iij. §. j. ⁊. j. de do. inter viꝝ ⁊ vxo. l. donationes.

b SI vt ꝓponis. nõ petente. imo etiã cõtradicẽte. qd̃ alś non eẽt. vt. j. de rei vxo. act. §. ⁊ hoc ex rei. ⁊. ff. ſol. ma. l. ij. §. pe. ⁊. l. dotẽ. ⁊. l. volũtatẽ. ⁊ facit. ff. de ſta. ho. paulus. ⁊. ff. eo. l. nuptie. xxvij. q. ij. ſufficit. Sed ꝯtra. xxxij. q. iij. c. patrẽ. ex̃ de conſang. ⁊ affi. c. ex lr̃is. et ff. de pac. do. l. cũ maritus. §. ticius.

c IN copulãdis. nec cognatoꝝ. ex neceſſitate.

d Eius volũtas. cuʒ vult eam ex̃pmere alioquin p̃ſidis. vt. s̃. e. l. j. vel aliud ĩ tutore ꝙ in curatore. ⁊ ẽ ſic. ff. ꝺ appel. cũ in vna. §. tutor. ⁊ facit. ff. t. ſciendum. ⁊ s̃. de ſpõ. ſi patrem. Et no. curatorẽ principaliter dari rebus. ſʒ ecõtra in tutore. vt inſti. q dã. tu. poſ. §. certe.

e SI vicinis. ad natã filiam. ex tali matrimonio.

f Pertinẽtes. ſ. tabule. q̃ dicunt̃ natales. et facit. xxx. q. v. ꝑ totum.

g Poteſtatẽ. niſi in ꝯriũ ſit actũ ꝙ vt concubinam. ſ. eaʒ habeat. vt ff. de ꝯcubi. l. in ꝯcubinatu. Vel plene dic vt dixim⁹. ff. de ritu nup. l. in libere. Et no. ꝓbationẽ filiatiõis. ſic ⁊. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. filium. ⁊. ff. de proba. l. fi. ⁊. s̃. de teſti. l. j. ⁊. s̃. de rei ven. l. indicia. vere eñ probari nõ põt de patre. vt. ff. ꝺ cõdi. ⁊ demon. l. luci⁹.

Filiatio qualr̃ probatur.

h CUm te. differẽtia eſt inter eaʒ que ſortita eſt nomẽ femine clariſſime p pr̃eʒ ſenatorẽ ⁊ eã que ꝓpter maritũ. Nã primo caſu retinet dignitatẽ etiã ſi ſit nupta viro ordinis inferioris: dũ tamen nõ plebeio. Sed in ſcdo vxor retinet ſi eſt vidua vel nubat: non tñ viro inferioris ordinis: niſi ⁊ tũc ꝯſularẽ dignitatẽ ĩpetret a p̃ncipe. vt. ff. de ſena. femie. ⁊. l. fi. in prin. ⁊. j. de incol. l. fi. ⁊ de digni. l. mlieres. li. xij. ⁊ in aut̃. de nup. §. ne tñ. colla. iiij. ⁊. ff. ad munici. filij. §. vidua.

Mulier aliter per patrẽ aliter p maritũ ſortit̃ dignitatẽ

i Clariſſime. i. illuſtris.

k Scdi ordinis. i. plebei. ẜm. M. vel verius ſimplr̃. i. inferioris.

l Dignitatis. ſi quaʒ antea habebas.

m SI iuita. maxime nam ſi eſſet volens eſſet idem.

n Exhibita. ꝑ iterdictũ de libero hoie exhibẽdo. vt. j. de lib. ho. exhibẽ. l. ſi ad inſtar. Itẽ ⁊ vtile de liberis exhibẽdis. vt. ff. ꝺ li. exhi. l. immo. ⁊ ſic referat̃ ad tituluʒ. l. imo. ſub quo poſita eſt: lʒ quidã contra.

o NEc filiũ. ꝑmittit. vt. ff. eo. nõ cogitur. ⁊. l. ſi patre.

p Iuris p̃ceptis. que ſunt inſti. e. ꝑ totũ. ⁊ facit. xxxij. q. ij. §. dũ di. ⁊ q. iij. §. j. argu. ꝯ. xxvij. q. ij. c. j.

q NEq; ſine. cõtinẽte. naʒ plus valet qd̃ vere eſt geſtũ q̃ ſcriptũ. vt. ff. de offi. p̃ſi. l. illicitas. §. v̂itas. ⁊. s̃. plus va. qd̃ agi. interim tñ ſtat̃ ſcripture publice. vt. s̃. de ꝓba. cum precibus.

r Inſtr̃is. nõ eñ dotib⁹ ſʒ ⁊ affectu mřimonium ꝯhitur: vt. j. de repu. l. iubemus.

s Irritũ eſt. niſi ĩ caſu. j. e. ti. aut̃. ſʒ nouo iure. Itẽ ⁊ in alijs. vt. j. e. aut̃. maximis. §. fi. ⁊ in alioꝝ q̊ſdã. vt inſti. de nup. §. fi. qd̃ nõ placet: vt ibi diximus.

t NEq; ab iitio. diſtrahẽdi. ſecus in ꝯctibus: vt. s̃. de actio. ⁊ obliga. l. ſicut.

v Matrimonij. quã habet ab initio.

x Neceſſitatẽ. ſi dixerit vir vxori ꝑmittis decẽ ſi vnq̃ diuerteris a me non valet: vt. ff. de ver. ob. ſtiplatio facta. ⁊. l. ticia. ⁊. j. de inti. ſtipu. libera. ⁊. s̃. ꝺ ſpõ. l. fi. in fi. Sed cõtra. ff. de do. inter vi. ⁊ vxo. ea q̃. Sol. ibi pecunia ꝓceſſit a ſtipulãte: ſʒ lʒ nõ valeat: p̃dicta penalis ſtipulatio penã tñ legalẽ ſubibit q ſine cã diuertit. vt. j. de repudi. l. iubemus.

Stipulatio penalis in matrimonio nõ valet.

y UXorẽ. ex his pſonis. puta ſenator vł ſenatoris fili⁹ vt. ff. de ri. nupt. l. lege iulia. ſʒ ecõtra non põt vt. s̃. e. libertũ. ⁊ dic vt ibi ⁊ rõ ĩ promptu eſt.

z SEd nouo iure. cũ liberta. idem ecõtra ẜm. H. vt libertus cum filia ſenatoris.

a Dotalib⁹. i. nuptialib⁹ ⁊ eſt ſpãle. ſʒ regulariter ꝯ. s̃. e. l. neq;.

a Patrẽ. expoſuit ſ. in hoſpitali.
b ¶ Filio tuo deſiderã tis. ſubaudi tui deſiderantis.
c ¶ Qui. ſ. pater.
d ¶ Renitatur. cõſentire. ſ; videtur ꝙ patria poteſtas ſit ſoluta. ⁊ ſic eſt ↄtra. j. de inſan. ex. l. ij. ⁊ ſic etiã citra conſenſu; eiꝰ pater viri poteſt eã dare filio ſuo qđ quidã concedunt. Uel dic aliud in ſeruo ⁊ liberto ꝙ filio. vt in ṗdicta. l. cum his.
e ¶ Solutiõi. regulariter cõtra. vt. ſ. de neg. ge. l. j. ⁊. ij. ⁊. ff. de cõdi. inde. l. cũ his. §. pe.
f Nemini. pnepte. ⁊ vſq; in infinitũ. vt inſti. eo. §. j. ⁊ ff. e. ſororis. ⁊. l. nuptie cõſiſtere. adeo vt ſi adã viueret non poſſet contrahere matrimonium ſm Johan.
g ¶ Antiquo. niſi ſint in ſeptimo gradu. vt in decre. xxxv. q. ij. c. progeniem. ⁊. c. conſanguinitate. ⁊. c. in copulatione. ⁊. c. nulli.
h Vidue. ſentẽtia. i. ſcientia. non autẽ ↄſenſus eſt neceſſariꝰ. Uel dic ꝙ eſt cõſilium qđ hec lex dicit cũ emancipata ſine pr̃e poſſit hoc facere. vt. ff. eo. filius emãcipatus. ⁊ de ↄtratabu. l. iij. §. ſi emãcipatus. ⁊ arg. j. e. l. in cõiunctione. ſic eſt ſ. de iure emphi. l. fi.
i ¶ Delectũ. i. deliberationẽ: al's delectu.
k ¶ Habẽdo examini. i. ad habendũ examen.
l ¶ Pares. ſi ṽo impares ptinus dz ei dici vt meliorem eligat.
m ¶ Suſpitio. ſic ⁊. j. vbi pu. e. l. j. ⁊. ij. ⁊. ſ. ti. j. auf. ſed iã neceſſe eſt.
n ¶ Succedere. i. ad deliberationẽ admitti.
o Celebrãdis. auctoritate. q̃ idẽ qđ hec lex ſtatuebat.

¶ Hic ponitur vnus caſus in quo alimẽta pietatis cã remitti poſſunt. h. d. bal. vel ſic. Si pater q filiam expoſuit non ↄſentit nuptijs ↄhendis cũ filio nutritoris: teneť impenſam alimentoꝝ ſoluere. Sali.

¶ Jidẽ. aa. ⁊. cc. Rodoni. **Lex. xvj.**

Patrẽ q filiã expoſuit[a] ac nũc adultã ſũptibꝰ et labore tuo factã mr̃imonio ↄiũgi filio[b] tuo deſiderãtis fauere voto ↄuenit: q[c] ſi renitať[d] alimentoꝝ ſolutiõi[e] in hoc ſolummodo caſu parere debet.

¶ Hec lex ponit q̃ ſũt pſone cũ qbꝰ matrimoniũ non conſiſtit. h. d. bal.

¶ Jidẽ. aa. ⁊. cc. **Lex. xvij.**

Nemini liceat ↄhere mr̃imoniũ cũ filia nepte vľ pronepte[f]: itẽq; cũ mr̃e auia vel pauia: et ex latere amita: ac mr̃tera ſorore ſororis filia et ex ea nepte preterea fr̃is tui filia ⁊ ex ea nepte. Jtẽ ex affinibꝰ ṗuigna: nouerca: nuru ſocru ceteriſq; q̃ iure antiq[g] prohibenť: a quibꝰ cunctos volumꝰ ſe abſtinere.

¶ Poniť hic forma q̃liter vidue debent ↄtrahere matrimoniũ ⁊ q̃liter virgines ⁊ de quorũ ↄſenſu. Aduerte tñ qꝛ iſta forma nõ eſt ſubſtãtialis ꝙtũ ad ſubſtantiã matrimonij ſed eſt q̃dã forma continens quandã inſticiã publice honeſtatis. h. d. Bal.

¶ Jmperatores Ualẽ. et Gratia. aa. ad ſenatum. **Lex. xviij.**

